FRECHULFUS LEXOVIENSIS. HRABANUS MAURUS
Mitte 12. Jh.
Seite 129v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Hoc enim usq; quaq; resonat. ut reliquias reliquarum accipiant
iacob & filios eius cum omnis sint incolomes. An forte illud significat
alto secretoq; mysterio quod ait apostolus. reliquae per electionem
gratiae salvae factae sunt. quae prophaetae praeceiat. si fuerit numerus filiorum
israel sicut arena maris. reliquae salvae fient. Ad hoc enim occisus est christus
audeis & traditus gentibus. tamquam ioseph egiptius afribus. ut &
reliquae salvae israel fierent. Unde dicit apostolus. Ita & ego israhelita sum. &
ut plenitudo gentium intraret. & sic omnis israel salvus fieret. id
est ex reliquis israel secundum carnem & plenitudinem gentium. quia in fide xpi
secundum spiritum sanctum israel. aut si gentes illi israhelitae restant fidei plen
tudo. ex quo erat reliquae in quibus reliquis tunc & apostoli salvi facti sunt.
hoc significat ea plenitudine liberationis israel qua primo israel
ex egypto liberati sunt. A VNITVMQ; & celebri sermone
vulgatum in aula regis venerunt fratres ioseph. & gaudius est
pharao. atque omnis familia eius. Dixitque ad ioseph ut imparet fratribus
suis dicens. Onerate iumenta in terram ut chanaan. & tolli
te inde patrem vestrum & cognationem & venite ad me. & ego da
bo vobis omnia bona egipti. ut comedatis medullam terrae. Praecipe
etiam ut tollant plaustra de terra egipti ad subuectionem
parvulorum vestrorum & coniugum. ac dicito. Tollite patrem vestrum & prae
parate quantum venenitis. ne diminuatis quicquam de supellectili
vestra. quia omnes opes egypti vestre erunt. M. HAEC verba pha
raonis quae de iacob & filiis suis locutus est. significat gaudium gen
tilis populi obedientiae iudeorum. Magna sine dubio devotio ec
clesiae gentium. quod israhelitarum populus ad fidem xpi veniat. quibus si
cuti tamen & fidei xpi participes existerint. primum spiritua
les opes vestrae erunt. & gratia spiritus sancti. quam nemo qui perfecte accipit
indigentia bonorum laborabit. F ECERUNT filii israel ut eis man
datum fuerat. Quibus dedit ioseph plaustra secundum pharaonis
imperium. & cibaria in itinere. singulisque praebuit binas sto
las. benamin vero dedit trecentos argenteos cum v stolis optimis.